Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ephesini Concilii Generalis Pars I. Et II. Sub Cælestino papa I. anno CCCCXXXI.

Parisiis, 1644

Capvt XV. Epistola Caelestini papae ad Cyrillum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15062

Visual Library

& magni illi, admirabileſque & celebrati patres noſtri, qui ſacram virginem deiparam eſſe dixerunt, & noſipſi quoque qui adhuc ſuperſtites ſumus, vna cum ipſis anathemate percuſſi ſumus. Quamuis enim is ore ſuo id facere noluerit, attamen ſedens & audiens, alium, nempe ſupra memoratum Dorotheum, vt hoc diceret, induxit, ſubornauitque: cui etiam confeſtim, vbi e cathedra deſcendiſſet, diuinorum myſteriorum habita celebratione communicauit. Quo autem ſanctitas tua tam quæ ille dicit & ſapit, quam quæ beati & magni illi patres noſtri tradiderunt, clare perſpiciat; miſi tomos, capitum ſententias continentes: quas quoque, quantum quidem per illos fieri potuit qui Alexandriæ viuunt, Latine reddi curaui. Epiſtolas quoque a me ſcriptas tradidi cariſſimo Poſſidonio, ſtudioſe illi iniungens, vt tuæ ſanctitati eas offerat.

οἱ μεγάλοι καὶ θαυμαστοὶ καὶ εὐδόκιμοι θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν εἰπόντες παρθένον, ἀνεθεματίσθησαν, καὶ ἡμεῖς δὲ σὺν αὐτοῖς οἱ ζῶντες ἔτι. καὶ ἐπεὶ ἰδίᾳ φωνῇ τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, ἄλλον ἔστησε τὸν μνημονευθέντα Δωρόθεον, καὶ τοῦτο εἰπεῖν παρεσκεύασεν, αὐτοῦ καθεζομένου καὶ ἀκούοντος· ᾧ καὶ κατελθὼν ἀπὸ τοῦ θρόνου εὐθὺς κεκοινώνηκεν, ἐπιτελέσας τὰ θεῖα μυστήρια. ὑπὲρ δὲ τοῦ εἰδέναι σαφῶς τὴν σὴν ὁσιότητα, τίνα ἐστὶν ἃ αὐτὸς μὲν λέγει καὶ φρονεῖ, τίνα δὲ οἱ μακάριοι καὶ μεγάλοι πατέρες ἡμῶν, ἀπέσταλκα τόμους, κεφαλαίων περικοπὰς ἔχοντας· ἑρμηνευθῆναι δὲ παρεσκεύασα, ὡς ἐνεδέχετο τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. καὶ τὰς παρ' ἐμοῦ γραφείσας ἐπιστολὰς δέδωκα τῷ ἀγαπητῷ Ποσειδωνίῳ, ἐντειλάμενος καὶ αὐτὰς προσαγαγεῖν τῇ σῇ * ὁσιότητι.

CAPVT XV.

Epiſtola Cæleſtini papæ ad Cyrillum.

Cæleſtinus dilecto fratri Cyrillo.

LITERÆ, quas ſanctitas tua per filium noſtrum Poſſidonium ad noſtram mœſtitiam miſit, multa nos lætitia affecerunt; etſi interim gaudium quod in illis offerebatur, viciſſitudine quadam cum dolore commutauerimus. Etenim dicta illius intuentes, anxiaque cogitatione pertractantes, qui prauis ſuis ſermonibus Conſtantinopolitanam ec-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ιε'.

Ἐπιστολὴ Κελεστίνου πρὸς Κύριλλον.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Κυρίλλῳ Κελεστῖνος.

ΤΗ, ἡμετέρᾳ συγνότητι τὰ διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου ἀποσταλέντα παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος γράμματα ἀπέδωκεν εὐθυμίαν, καὶ ἀντικατηλλαξάμεθα τὸ ἡδὺ πρὸς τὸ λυποῦν. ἀποβλέποντες γὰρ καὶ ἐννοοῦντες, ἅπερ εἶπεν ὁ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκ-

ANNO CHRISTI 431.

κλησίαν διεστραμμέναις προσομιλίαις ταράττειν ἐπιχειρῶν, οὐ σμικρῶς κατ' αὐτὴν τὴν ψυχὴν πεπληγμένοι πόνῳ, διαφόροις σκέψεων κέντροις βασανιζόμεθα, ἐννοοῦντες* ὅπως βοηθεῖν εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ πίστει. ὡς δὲ τὴν ἡμετέραν διάνοιαν εἰς τὰ παρὰ τῆς σῆς ἀδελφότητος γραφέντα μετεστήσαμεν, ὤφθη ἡμῖν εὐθὺς ἑτοιμοτάτη θεραπεία, δι' ἧς ἡ λοιμώδης νόσος ὑγιεινῷ φαρμάκῳ ἀπελαθείη· φημὶ δὴ τὴν τῆς καθαρᾶς πηγῆς ἔκροιαν, τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς σῆς ἀγάπης ἐκρέουσαν, δι' οὗ πᾶσα* καθαιρεῖται ἡ ἰλὺς τοῦ κακῶς διαχεομένου ῥείθρου, καὶ πᾶσιν ἀνοίγεται ὁ τρόπος τῆς δεούσης περὶ τὴν ἡμετέραν πίστιν ἐννοίας. ὥσπερ οὖν ἐκεῖνον στίζομεν καὶ μεμφόμεθα, οὕτω τὴν σὴν ἁγιότητα, ὥσπερ παροῦσαν ἐν τοῖς ἰδίοις γράμμασι, τῇ τοῦ κυρίου ἀγάπῃ περιπλεκόμεθα, *εἰδότες ὅτι σὺ καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τοῦ δεσπότου φρονοῦμεν. καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, τὸν προνοητικώτατον τοῦ κυρίου ἱερέα ὑπὲρ τοῦ τῆς πίστεως ἔρωτος τοιαύτῃ διαμάχεσθαι ἀρετῇ, ὥστε τῇ ἀτόπῳ τῶν ἐναντίων τόλμῃ ἀνθίστασθαι δύνασθαι, καὶ τοὺς αὐτῷ ἐμπεπιστευμένους τοιαύταις ὑπομνήσεσι βεβαιοῦν. ὥσπερ τοίνυν ἐκεῖνα ἡμῖν πικρά, οὕτω ταῦτά ἐστιν ἡδέα· ὥσπερ ἐκεῖνα ἰλυώδη, οὕτω ταῦτα καθαρά. καὶ χαίρομεν τοσαύτην ἐνεῖναι ὁρῶντες τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἐγρήγορσιν, ὡς ἤδη σε νενικηκέναι τὰ ὑποδείγματα τῶν σου προηγησαμένων, γενομένων ἀεὶ καὶ αὐτῶν ἐκδίκων τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος. ἀληθῶς τε ἐπὶ σοὶ ἁρμόσει ἡ εὐαγγελικὴ μαρτυρία ἡ λέγουσα· ὁ ποιμὴν ὁ ἀγαθὸς τὴν ψυ-

[* ἐν τῷ ἐμμένειν βοηθεῖν.] [* καθαίρεται] [* ἐρῶντες]

cleſiam turbare nititur, non mediocriter animo ſauciati, diuerſis cogitationum ſtimulis agitamur; aſſidue id vnum mente verſantes, quo pacto fideles, vt in ſuſcepta ſemel fide conſtanter retinenda perſeuerent, adiuuare poſſimus: contra vero, cum ad ea cogitationem noſtram conuertimus, quæ dilectio tua ſcribit; præſens remedium, quo peſtifer ille morbus velut ſalutari quodam antidoto depelli poſſe videatur, ſeſe offert: loquor autem de puri fontis ſcaturigine, quæ magna vbertate ex dilectionis tuæ doctrina promanat; per quam quoque omnis illa fæx male currentis riuuli aufertur, omneſque ad certam veramque fidem inſtituuntur. Vt illum igitur notamus & incuſamus, ita tuam ſanctitatem veluti in propriis literis præſentem in Domino amplectimur, quandoquidem vnum idemque nos de Chriſto Domino noſtro ſentimus. Neque mirum ſane, prouidentiſſimum Chriſti ſacerdotem, fidei amore ac ſtudio incenſum, tanta virtute decertare, tum vt abſurdæ aduerſariorum temeritati obuiam eat, tum maxime vt curæ ſuæ concreditos eiuſmodi admonitionibus confirmare queat. Vt illa ergo nobis ſunt peracerba, ita hæc apprime dulcia. Rurſum vt illa ſunt lutulenta & immunda, ita hæc limpida & ſincera. Equidem vehementer gaudeo, tantum vigilantiæ ſtudium reuerentiæ tuæ adeſſe cernens, vt præclara maiorum exempla iam ſuperaſſe videare. nam & ipſi quoque acerrimi ſemper purioris dogmatis vindices extiterunt. Vere & apte euangelicum illud in te quadrare deprehenditur: *Bonus paſtor ponit ani-* Ioan. 10. v. 11.

mam ſuam pro ouibus ſuis. Verum enimuero vt tu bonus es paſtor, ita ille nec mercenarii etiam mali dignus eſt nomine; quippe qui non ob id accuſatur, quod proprias oues deſeruerit (malorum mercenariorum inſtar,) ſed quod ipſemet eas diſſipare ac lacerare (vt ſæuus lupus) deprehendatur.

Quin & nos quoque, dilecte frater, nonnulla addituri eramus, niſi eadem omnia, quæ nos ſentimus ac tenemus, te itidem ſentire ac tenere perſpiceremus, & in fide tuenda fortiſſimum te propugnatorem eſſe exploratum haberemus. Nam quæcumque ſanctitas tua de hoc negotio perſcripſit, ea omnia Poſſidonius diaconus ordine nobis expoſuit. Omnes ſermonum illius technas retexiſti, fidemque ad eum modum corroboraſti, vt corda in Chriſtũ Deum noſtrum credentia, in alteram partem abduci non facile queant. Magnus ſane hic noſtræ fidei triumphus eſt, quod nimirum & noſtra tam valide probaueris, & his oppoſita per diuinarum ſcripturarum teſtimonia tam potenter expugnaueris. Ecquid tandem impiæ illius nouitatis amator faciet? quam in partem ſe vertet? Qui dum propriis affectibus ſeruire ſtudet, ſuique ipſius verius, quam Chriſti ſectator eſſe mauult, populum fidei ſuæ concreditum occulto prædicationis ſuæ veneno perdere voluiſſe clare deprehenditur: qui ſane & legere, & animo quoque recondere debebat, inanes quæſtiones, cuiuſmodi ſunt quæ ad fidei quidẽ integritatem nihil conducunt, ad animarum vero exitium plurimũ faciunt, vitãdas eſſe potius, quam ſtudioſe conſectandas. Interim

χὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων. ἀλλ' ὥσπερ σὺ ποιμὴν ἀγαθὸς, οὕτως ἐκεῖνος οὐδὲ ὡς κακὸς μισθωτὸς κατηγορεῖσθαι ἄξιος· ὃς οὐ διὰ τοῦτο διαβάλλεται, ὡς τὰ ἑαυτοῦ καταλιπὼν πρόβατα, ἀλλ' ὅτι ηὑρέθη αὐτὸς διασπαράττων αὐτά. Anno Christi 431.

Προσθεῖναι δὲ τινα καὶ ἡμεῖς ἐμέλλομεν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, εἰ μὴ ἑωρῶμέν σε τὰ αὐτὰ φρονοῦντα πάντα, ἅπερ φρονοῦμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ σὺ τῇ βεβαιώσει τῆς πίστεως ἐδοκιμάζομεν σε ἔκδικον ἰσχυρότατον. ἀπεδόθη γὰρ ἡμῖν κατὰ τάξιν πάντα * διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου, ὅσα περὶ τούτου τοῦ πράγματος ἡ σὴ ἁγιότης γεγράφηκε. πάντα τὰ δίκτυα τῆς * δολίας προσομιλίας ἐγύμνωσας, καὶ οὕτω τὴν πίστιν ὠχύρωσας, ὡς μὴ δύνασθαι τὴν καρδίαν τῶν τῷ Χριστῷ καὶ θεῷ ἡμῶν πιστευόντων εἰς ἕτερον ἑλκυσθῆναι μέρος. μέγας οὗτός ἐστι τῆς ἡμετέρας πίστεως θρίαμβος, τὸ ἀποδεῖξαι τὰ ἡμέτερα οὕτως ἰσχυρῶς, καὶ οὕτω νενικηκέναι τὰ ἐναντία διὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας. τί λοιπὸν διαπράξεται; ἢ ποῦ ἑαυτὸν ἐκεῖνος περιστρέψει; ὃς γινόμενος ἐραστὴς ἀσεβοῦς νεωτερισμοῦ, ὡς ἐβούλετο, μᾶλλον ταῖς ἑαυτοῦ ἐννοίαις δουλεύων ὤφθη ἑαυτῷ, ἢ τῷ Χριστῷ ἀκολουθῶν, καὶ τὸν ἐμπιστευθέντα ἑαυτῷ δῆμον βλάψαι * ἠθέλησε τῷ τῆς ἰδίας προσομιλίας δηλητηρίῳ· δέον καὶ ἀναγνῶναι τοῦτο καὶ κατέχειν, ὅτι τὰ μάταια ζητήματα, καὶ μὴ προκόπτοντα εἰς ὑγίειαν, ἀλλὰ χωροῦντα εἰς ψυχῶν ἀπώλειαν, φεύγειν μᾶλλον, ἢ ἐπιζητεῖν δεῖ. ἀλλ' ὅμως

ANNO CHRISTI 431.

εἰς κρημνοὺς αὐτὸν *ἐπειγόμενον, μᾶλλον δὲ ἤδη ἐν αὐτῷ τῷ κρημνῷ, ὅθεν πεσεῖται, διάγοντα, εἴ γε δυνάμεθα, ἀνακαλεῖσθαι ὀφείλομεν, μὴ τὴν πτῶσιν αὐτοῦ τῷ *βοηθεῖν προσωθήσωμεν. ὁ Χριστὸς ὁ θεὸς ἡμῶν, ᾧ ἐπάγεται ζήτησις περὶ τῆς ἰδίας γεννήσεως, ἐδίδαξεν ἡμᾶς κάμνειν ὑπὲρ προβάτου ἑνός, θέλων καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὤμων ἀνακαλεῖσθαι, ὡς μὴ ἐκκέηται τῷ λύκῳ εἰς ἁρπαγήν. εἶτα ὁ διδάξας ἡμᾶς οὕτω δραμεῖν ὑπὲρ σωτηρίας προβάτου ἑνός, *πῶς ἄρα ἡμᾶς κάμνειν βούλεται ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ τῶν προβάτων ποιμένος; ὃς τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἐπιλελησμένος, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς ἅρπαγα λύκον *μετήλλαξεν, ἐπιθυμῶν ἀπολέσαι τὴν ἀγέλην, ἣν αὐτὸς ὤφειλε συντηρῆσαι.

Τοῦτον οὖν ἡμεῖς ἀπὸ τῆς *περικλείσεως τῶν ἀμνῶν ἀποκινῆσαι ὀφείλομεν, ἐὰν μὴ αὐτόν, ὡς θέλομεν, *διορθωσώμεθα, εἰ ἔτι συγγνώμης ἐλπὶς διορθωθησομένῳ δυνήσεται περιλείπεσθαι. θέλομεν γὰρ ἵνα ἐπιστρέψῃ καὶ ζήσῃ, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν ζωὴν τῶν ἐμπεπιστευμένων ἑαυτῷ ἀπολέσειεν. εἴη δέ τις φανερὰ ἀπόφασις κατ᾽ αὐτοῦ ἐμμένοντος. ἐκκοπτέον γὰρ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, δι᾽ οὗ οὐχ ἓν μέλος βλάπτεται, ἀλλὰ πᾶν τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας διατιτρώσκεται. τί γὰρ ποιεῖ μετὰ τῶν ἀλλήλοις ὁμονοούντων, ὃς μόνος ἑαυτῷ φρονεῖν δοκῶν ἄριστα, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας διχονοεῖ πίστεως; ὅθεν μενέτωσαν ἐν τῇ κοινωνίᾳ, οὓς αὐτὸς ἀντιλέγοντας αὐτῷ

*ἐπισπεγόμενον *μὴ βοηθεῖν *πῶς *μετέβαλεν *μάνδρας *σπουδάσωμεν διορθώσασθαι

noſtrarum partium eſt, vt illum in præcipitium proxime adductum, vel in ipſo verius præcipitio, vnde eum prolabi neceſſe eſt, iam conſtitutum, ſi qua ratione poterimus, a lapſu prohibeamus; ne ſi opem non tulerimus, ipſum ad caſum impuliſſe videamur. Sane Ieſus Chriſtus Dominus noſter, cuius generatio in quæſtionem adducitur, pro vna dumtaxat oue laborandum eſſe oſtendit, dum eam, ne lupis diſcerpenda obiectaretur, propriis humeris impoſitam reportare dedignatus non fuit. Iam qui pro vnius ouiculæ ſalute adeo enixe laborandum eſſe docuit, quantum pro ipſomet paſtore nos laborare cupit? Qui tamen paſtor & nominis & profeſſionis ſuæ oblitus, ſemetipſum in rapacem lupum transformauit, gregem quem ſeruare debuerat, modis omnibus diſperdere connitens.

Hunc nos igitur ab ouilibus arcere oportet, niſi, vt optamus, ad bonam frugem ſeſe receperit; ſi qua tamen huius rei ſpes adhuc reliqua eſt. Deſideramus enim vt conuertatur & viuat; niſi concreditorum ſibi vitam iamdudum ipſe perdiderit. Quod ſi in pertinacia ſua perſtiterit, aperta mox condemnationis ſententia in illum feretur. Etenim vulnus, quod non vnum aliquod membrum tãtum lædit, ſed vniuerſum eccleſiæ corpus conſauciat, primo quoque tempore exſcindere oportet. Quid enim cum iis agat qui inter ſe conſentiunt, qui ſe ſolum quæ optima ſunt, ſapere arbitratus, a noſtra fide diſſentit? Vniuerſi proinde quos ille tamquã ſibi obſiſtentes, a communione, vt putauit, ſemouit, in noſtra

ſocietate ſe permanere intelligant; ac ſciat, ſeipſum communionem poſthac nobiſcum habere non poſſe, ſi doctrinæ apoſtolicæ aduerſatus, peruerſam hanc viam contumaciter vrgere perrexerit. Quamobrem noſtræ ſedis auctoritate adſcita, noſtraque vice & loco cum poteſtate vſus, eiuſmodi non abſque exquiſita ſeueritate ſententiam exequeris; nempe, vt niſi decem dierum interuallo ab huius noſtræ admonitionis die numerandorum, nefariam doctrinam ſuam conceptis verbis anathematizet, eamque de Chriſti Dei noſtri generatione fidem in poſterum confeſſurum ſe ſpondeat, quam & Romana, & tuæ ſanctitatis eccleſia, & vniuerſa denique religio Chriſtiana prædicat, illico ſanctitas tua illi eccleſiæ proſpiciat. Is vero modis omnibus ſe a noſtro corpore ſegregatum eſſe intelligat; vt qui omnem medentium curam aſpernatus, necnon inſtar peſtiferi morbi per vniuerſum eccleſiæ corpus inſano modo graſſatus, tam ſeipſum, quam ceteros omnes ſibi commiſſos in extremum exitium præcipitare ſtuduerit. Eadem hæc & ad ſanctos quoque fratres & coepiſcopos noſtros Ioannem, Rufum, Iuuenalem & Flauianum perſcripſimus; quo noſtra, imo vero diuina Chriſti Domini noſtri ſententia pluribus de eo ſit manifeſta. Datæ III. Idus Auguſti, Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Coſſ.

ἀπεκίνησε τῆς κοινωνίας. καὶ * γινωσκέτω, ὅτι αὐτὸς τὴν ἡμετέραν κοινωνίαν ἔχειν οὐ * δυνήσεται, ἐὰν ἐν ταύτῃ τῇ τῆς διαστροφῆς ὁδῷ παραμείνῃ, ἐναντιούμενος τῇ ἀποστολικῇ διδαχῇ. συναφθείσης σοι τοίνυν τῆς αὐθεντίας τοῦ ἡμετέρου θρόνου, καὶ τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ τόπου διαδοχῇ ἐπ᾽ ἐξουσίᾳ χρησάμενος, ταύτην ἐκβιβάσεις ἀκριβεῖ στερρότητι τὴν ἀπόφασιν· ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ἀριθμουμένων ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ὑπομνήσεως ταύτης, τὰ κακὰ κηρύγματα ἑαυτοῦ ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ * ἀθετήσῃ, καὶ ἑαυτὸν διαβεβαιώσηται ταύτην κατέχειν τὴν πίστιν περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ καὶ θεοῦ ἡμῶν, ἣν καὶ ἡ Ρωμαίων καὶ ἡ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐκκλησία, καὶ ἡ καθόλου * καθοσίωσις κατέχει· ἢ ἐὰν μὴ τοῦτο ποιήσῃ, εὐθὺς ἡ σὴ * ἁγιότης ἐκείνης τῆς ἐκκλησίας * προνοησαμένη, μάθῃ αὐτὸν παντὶ τρόπῳ ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου σώματος ἀποκινητέον τυγχάνειν· ὃς οὔτε τὴν τῶν θεραπευόντων ἴασιν ἠθέλησε καταδέξασθαι, καὶ εἰς ἀπώλειαν αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν αὐτῷ πεπιστευμένων, * οἷα λοιμώδης νόσος ἠπείχθη δραμεῖν, διὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος ἐλαυνόμενος. τὰ δὲ αὐτὰ ἐγράψαμεν πρὸς τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόποις ἡμῶν Ἰωάννην, Ῥοῦφον, Ἰουβενάλιον, καὶ Φλαβιανόν· ἵνα φανερὰ ᾖ ἡ περὶ αὐτοῦ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν θεία ἀπόφασις.

Anno Christi 431.

EPISTO-